



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

De sacris autoritatibus & reuelationibus futurae ac propinqu[a]e  
inundationis. Ca. 53

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**

Christus vna hac voce, non est vestrum nosse tempora, &c. resoluit digitos omnium audacium futura prædicentium.

XXII § Superiora annotata ex authoribus præallegatis excerpti, nõ vt planetarios & astrologos carpã, sed vt futuras calamitates nõ credamus ex astris sed ex diuina iustitia, ob nostra facinora, euenturas, vtq; potius dei potentiam, q̃ cœli influentiam formidemus. Constat nanq; stellarum situationes pro nostra curiositate, non esse inspiciendas, ergo nec pauendas, quia incertum, an & quando ac vbi ex eis prognostica contingant. Ea vero, quæ de futuris euetis in sacra scriptura prædicunt, sunt certa & fixa, itabiliaq; & omnino euetura, ideo summo pere timēda tanq̃ necessario futura. Efficax em̃ est sermo dei omnipotentis: Cui

Sap. 12  
Mat. 10  
Luc. 12. 21.

(inquã) cura est de oibus, i. de toto vniuerso, Cuius vnigenitus ait: Timete eũ qui potest animã & corpus mittere in gehennã ignis. Nõne duo passeress asse veneũt & vnus ex illis nõ cadet super terrã sine patre vestro? Vestri aut̃ capilli omnes numerati sunt. Et capillus de capite vestro non peribit.

Eccle. 3  
Psal. 54  
Psal. 39  
Psal. 63  
Hierc. 23  
Zach. 13

XXIII § Quæ so igitur, altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcipit tibi deus illa cogita semp̃, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. In Christũ saluatorẽ bonũ zelũ cõuerte, non remotũ cœlũ aduerte, & nõ dabit in æternũ fluctuationẽ. i. inundationẽ iusto, supstitiosos vero deducit in puteũ interitus. Itẽ alibi: Beatus vir cuius est nomẽ dñi spes eius. Nõ dicit, cui spes ex cœlo est, imò id vetando, supaddidit: Et nõ respexit in vanitates & infanias falsas. Loquens de curiosis, qui scrutati sunt fatuitates & defecerũt scrutatẽs scrutinio. Vnde per Hieremiã dñs: In prophetis inquit Samariæ vidi fatuitatem & prophetabant in Baal & decipiebãt populũ meũ. Et ita cõfundunt nostri propheta. i. astrologi, vnusquisq; ex visione sua, quã prophetauerint ex constellationibus, nec operientur pallio saccino vt mentiantur.

¶ De sacris authoritatibus & reuelationibus futuræ inundationis. Cap. LIII.

**C**atholica ecclesia astrologis & superstitiosis philosophis, cæterisq; diuinantibus silentiũ imponit, & veris innititur prophetis, qui reuelatione summæ & diuinæ veritatis, futura prædicunt, vt auertant mala & suadeant bona. Enimvero præcognitio futuroꝝ euentuũ quæ assumit ex diuinis reuelationibus, proprie est prophetica & omnino certa, nisi esset cõditionata, vt in principio huius æditionis notatũ est. Aliter deus in suis iudicijs nõ mutat. Nã ipse quoq; Ptholomæus & cæteri celebres astronomi in tractatu de quæstionibus, fati necessitatẽ pernegãt, declarantq; solã quæstionẽ, quæ ab animi impetu cœlitus moto proficiscit, esse legitimã. Reuelatio equidẽ secundũ gratiã prophetalẽ, ex speciali erga homines diuina pietate proficiscẽs, datur ipsis hominibus ad emendationẽ vel ad cautelã, neq; fallit, sed ad punctũ implebit, saluatore dicente: Amen dico vobis, donec transeat cœlũ & terra, iota vnũ aut apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant.

Malach. 3  
Mat. 5  
Actor. 1.  
26. q. 5. i sum  
Esaia. 14  
Picus. 4. cõtra astrol. 12  
2. de p̃not. 8.  
& 3. & c. 4

I § Solius vero dei est præscire futura, quæ pater posuit in sua potestate & eorũ quoq; est quibus deus voluerit reuelare. Illi aut̃, qui aliũde q̃ ex deo attentant futuroꝝ p̃notionem, tanq̃ idola dicunt diuinare, i. deitatis iura sibi vsurpare. Hinc Esaia: Annuntiate quæ vêtura sunt in futurũ, & sciemus quia dii estis vos. Superhumana quidẽ est ois cognitio futuroꝝ si causam nõ habet in natura determinatã, Dependet em̃ à dei voluntate, prouidentiaq; & ab humanis cognitionibus cõprehendi vel astrologoꝝ deliramentis promitti minime queunt.

II § Etsi dispositio inferiorũ corporoꝝ est à causis superioribus, tñ ordine variabili, quia cõtingenter potest cadere in vtrãuis partẽ pro natura. s. res quæ mouent. Aliquãdo em̃ futura iam habet suas causas in natura, vnde naturalis p̃notio sibi multa futura vendicat. Sicut medicina, res rustica & nautica, plerũq; alia artes nõ ex astris, sed ex naturalibus causis propinquis vel ex coniecturis remotis, vel etiã ex diurnis experimẽtis docent futura. Ad ea autẽ, quæ humanos sensus & intelligẽcias superant, peruenire nequimus absq; dei oia p̃noscentis reuelatiõẽ

& c. 32 § 10  
& c. 5. § 3  
§ 20. §. 18 i fl  
§. i pr. plo.  
§. c. 51.  
in prin.  
§. eo. §. 1. &  
j. c. 53. in pr.  
§. c. 43. §. 11  
& j. c. 56. §. 5  
§. c. 42. §. 1.  
in fi. & j. ca.  
59. §. 3  
§. cod. §. 11.

§. ca. 52. §. 8  
§. ca. 31. §. 15  
& j. c. 56 § 7  
j. ca. 58. §. 8  
§. c. 1. §. 5  
§. c. 30. §. 6.  
& j. c. 58. §. 4  
& j. c. 62 § 17  
§. c. 52. §. 16.  
§. c. 1. §. 2. &  
j. ca. 66. §. 10  
§. c. 52. §. 22  
& j. c. 69. § 4  
§. c. 52. §. 21.  
& j. c. 63 i pr  
§. c. 51. §. 16.  
& j. c. 64 i p.

§. c. 51. §. 21.  
§. c. 51. §. 12.

uelatione. Qui per patriarchas & prophetas, per propriū filiū, tandē per aposto-  
 los, potissimū per Iohannē totius ecclesiæ decursum vsq; ad cōsummationē secu-  
 li describentē, hominibus occulta, p̄terita, & futura significauit. Imō quādoq; p  
 angelos deus futura reuelauit, siquidē nō solū cœlū corporeū, sed etiā administra-  
 torū spūs. i. angeli sunt missi in ministeriū dei, qui facit angelos suos spūs & mini-  
 stros. In qbus spiritibus summa pace copulatis, deus tanq; in excelsa sede p̄sēdens,  
 primo in spiritualibus, deinde in corporalibus per cuncta se diffundit, & vtitur  
 omnibus ad arbitrium suæ diuinæ sententiæ.

III § Attentis itaq; prophetis libris & reuelationibus Christi nemo pe-  
 ritus negare auit, vltra suprascriptas plagas futuram etiam ac propinquam ge-  
 neri humano imminere inundationē vtiq; particularē, non vniuersalē. Nam su-  
 per peccatores septuplū. i. sit vindicta, ad hæc mors, sanguis, cōtētio, & rūphæa,  
 oppressiones, fames, contritio & flagella, super iniquos creata sunt hæc omnia, &  
 propter illos factus est cataclismus. Quomodo cataclismus inebriauit aridā, sic  
 ira ipsius dei gentes, quæ non exquisierunt eū, hæreditabit, & quomodo deus cō-  
 uertit aquas in siccitatem, & siccata est terra, sic peccatoribus offensiones in ira  
 eius. Bona quippe bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. Initiū  
 necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum & cætera omnia sanctis in bo-  
 na, sic impijs & peccatoribus in mala conuertentur.

III § Præterea sapiens singularē inundationē, impijs Christianis immi-  
 nentē, ante multa secula prognosticauit, ad dñm dicēs: Impij per fortitudinē bra-  
 chij tui flagellati sunt nouis. i. incōsuetis aquis & grandinibus & pluuijs persecu-  
 tionē passi, & per ignē consumpti sunt, vt ipsi scirent qm̄ dei iudicio patiunt per-  
 sequutionē, ideo ignis (qui est vindex mūdi) supra virtutē in qua exardebat, vt  
 iniquā terræ nationē exterminaret. Creatura etiā tibi factori deseruiens excan-  
 descit in tormentū aduersus iniustos. Ecce sapiens loquutus est in tēpore p̄terito  
 vt significaret nobis indubitatā futuræ exustionis & inundationis certitudinem.  
 Et idē subiungit: Illos p̄didisti in aqua valida, Illa em̄ nox. i. plaga, cognita est à  
 patribus nostris, vt vere scientes quibus iuramentis crediderunt, animi æquiores  
 essent. Et infra: Vexationes peccatoribus superuenerūt, nō sine illis, q̄ ante facta  
 erāt, argumētis p vim fluminū, iuste em̄ patiebant secundū iuas nequitiarū. Vnde  
 libri aperiunt ante faciē firmamētī, qd̄ est in plaga impiorū. Erūt nāq; signa in so-  
 le & luna & stellis, & in terris p̄sura gentiū præ cōfusione sonitus & fluctuū, ares-  
 cētibus hoibus præ timore & expectatiōe quæ superueniet vniuerso orbi, virtutes  
 quoq; q̄ in cœlis sunt, mouebunt, his autē fieri incipiētibus, respicite & leuate ca-  
 pita vestra. Ista saluatoris & superior sapiētis propheta partim nūc impletū iri vi-  
 det, attestantibus tā nouarū q̄ veterū prophetiarū reuelationibus, in initiō huius li-  
 belli allegatis, quibus etiā subsequentes autoritates coaptantur.

V § In primis dñs in Ezechiele de quodā cataclismo modernis Christianis  
 censet dicere: Erūpere faciā spiritū tempestatū in indignatiōe mea, & imber  
 inundās in furore meo erit & lapides grandes in ira in cōsummationē. Et infra:  
 Ego extendā manū meā sup te. i. populū Christianū, & tradā te in direptionem  
 gentiū & interficiā te de populis & perdā de terris & conterā, & scietis, quia ego  
 sum. Postea p eundē prophetā in typo Tyri, cōtra modernā ecclesiā, strictā fert  
 sententiā cū executione subuersionis, inquit em̄: Cū dederō te. i. ecclesiā, urbem  
 desolatā, & adduxero sup te abyssum & operuerint te aquæ multæ & detrahero  
 te cū illis, descendūt in lacū, in nihilū redigā te. Et infra: In aquis multis adduxerūt  
 te remiges tui, v̄tus auster cōtriuit te, in corde maris diuitiarū tuarū, nautæ tui. i. sa-  
 cerdotes & gubernatores tui. i. p̄lati, viri q̄q; bellatores tui. i. principes seculares,  
 cū vniuersa multitudo tua cadēt in corde maris in die ruinæ tuæ. Nūc cōtrita es  
 à mari, in profundis aquarū opes tuæ, & oīs multitudo tua cecidit, ad nihilū dedu-  
 cta es, & nō eris vsq; in p̄petuū. Et infra: In illa die egredient nuntij à faciē mea  
 in Trieribus ad cōterendā Aethiopiæ cōfidentia, & erit p̄uor in eis in die Aegy-  
 pti, q̄ absq; dubio veniet. Et infra: Operiā cœlos & nigrescere faciā stellas eius,  
 solē nube tegā & luna nō dabit lumen suū, oia luminaria cœli mœrere faciā sup

- Iohel. 2** te dabo & tenebras sup terram tuā, dicit dñs. Et obstupescēt repēte singuli pro anima sua in die iræ suæ. Prope est dies tenebrarū & caliginis, sol & luna obtenebrati sunt & stellæ retraxerūt splendorē suū, & dñs dedit vocē suā ante faciē exercitus sui, Magnus em̄ dies dñi & terribilis valde, & quis sustinebit eū? Dabo prodigia in celo & in terra, sanguinē & ignē & vaporē fumi, sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinē anteq̄ veniat dies dñi horribilis.
- Iosue. 10** VI § Ex hoc elicitur, q̄ sol & luna præ cæteris stellis circa inferiora corpora operantur, mediante scilicet lumine. Porro in victoria Iosue sol & luna steterunt per spaciū vnius diei. Non obstat, de celo dimicatum esse, quando stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersum Sifaram pugnaverunt, quia per stellas intelliguntur angeli, & per celū grando & ignis. Deus etenim fecit duo lumina paria magna vt inferioribus rebus præ essent. Quippe secundum astronomos sol est dux astrorum, cuius motus est causa elementatiuæ mutationis, vt pote æstatis, hyemis, veris, & autumnii, secundū quod sol ad nostrum defertur vel diuertitur verticem. Sol quoq; æstimatur fons totius influxus. Suo nāq; lumine calorem, in elementis habitualement, deducit ad effectū, illuminat in super lunā, quæ nostris regionibus est finitima, & pro sua vicinitate & grossitie vehementius afficit corpora inferiora & grossiora, nam luna cum elementis quodammodo coire seu participare videtur, velut anguis cum anguilla. Quamobrem ex luna cientur tempestates & venti pro diuerso eius ad solem habitu & varijs configurationibus, quibus maius minusve terrena patiuntur.
- Iosue. 10** VII § Vnde propheta Iohel subdit: Sol & luna obtenebrati sunt & stellæ retraxerunt splendorē suum, & dñs de Sion surget, & de Hierusalem dabit vocē suam, & mouebuntur cæli & terra, Aegyptus in desolationē erit, & Idumæa in desertū perditionis, pro eo q̄ inique egerint. Ideo reuelabit quasi aqua iudiciū, & iustitia quasi torrens fortis. Et qui vocat aquas maris & effundit eas sup faciē terræ, dñs nomen eius. Dñs em̄ in tempestate & turbine viæ eius, & nebula puluis pedum eius, qui percutiet nos vento vrente & aurigine & grandine. Et de quo Esaias inquit: Sagittæ eius acutæ & omnes arcus eius extenti, vngulæ equorū eius vt filex, & rotæ eius quasi impetus tēpestatis. Pro eo q̄ abiicit populus iste aquas Syloe quæ vadūt cū silentio, & assumpsit magis Rafin filiū Romeliæ, propter hoc ecce dñs adducet sup eos aquas fluminis fortes & multas, & erit extensio alarum eius implens latitudinē terræ, id est ecclesiæ. O Emanuel scilicet Iesu Christe,
- Iosue. 10** VIII § Desup deus turbabit cælū, mouebitq; terrā. Ideo sequitur: Ecce validus & fortis dominus, sicut impetus grandinis turbo confurgens, sicut impetus aquarum multarum inundantium & emissarum super terrā spaciosam. Subuertet grando spem mendaciū & protectionem. Aquæ inundabunt, flagellū inundans cum transferit, eritis ei in conculcationem, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Consummationem enim & abbreviationem audiui à domino deo super vniuersam terrā. Et infra: Væ qui contradicit factori suo, nūquid dicit lutū figulo suo, quid facis? ego feci terram, & hominem super eā creauī. Ego & manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandauī, ego suscitabo eam ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam. Ecce creatura pugnabit pro creatore. Vnde dominus vltius inquit: Manus mea fundauit terram & dextera mea mensa est cælos, ego vocabo eos & stabunt simul. Item ego sum dominus deus tuus, qui conturbo mare & intumescunt fluctus eius. Et infra: Quia ecce dominus in igne veniet & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorē suum & increpationem suam.
- Hiere. 47** IX § Hieremias deniq; illius futuri cataclysmi meminit, dicēs: Ecce aquæ ascendent ab aquilone & erūt quasi torrens inundans, & operiet terram. s. Christianorū & plenitudinē eius, vrbē. i. ecclesiā & habitatorē eius, per quē intelligit indigenas Romanæ ecclesiæ. Ideo sub typo Babylonis subiungit: Annuntiate in gentibus & auditum facite, leuate signū & nolite celare. Dicite, capta est Babylon (hic forte confusionem taxat Romanam) vnde sequitur: Omnes qui tenditis arcum, debellate eum, non parcatis iaculis, quia dño peccauit, quoniam vltio domini
- Iohel. 3** & J. eo. §. 6.  
S. ca. 4. §. 2  
J. eo. §. 7  
J. eo. §. 10  
S. c. 52. §. 17  
S. ca. 15. §. 7
- Iosue. 10** S. ca. 15. §. 19  
S. ca. 25. §. 6  
S. c. 51. §. 7
- Gene. 17** S. cod. §. 5
- Picus. 3. cōtra astrol. 10**
- 3. de spnot. 6.**
- Iohel. 3** S. eo. §. 5
- Amos. 5. 9**
- Naum. 1.** S. ca. 31. §. 9.  
S. ca. 29. §. 2.  
& J. eo. §. 9.
- Esaia. 5**  
**Esa. 8** S. c. 43. §. 6.
- Esa. 13**  
**Esa. 28** S. eo. §. 2. &  
J. ca. 57. §. 12  
S. eo. §. 4 &  
J. eo. §. 10  
S. c. 27. §. 1.  
J. eo. §. 16  
S. eo. §. 4 &  
J. eo. §. 15. &  
J. c. 65. §. 8  
S. c. 31. §. 9.
- Esa. 45** S. c. 48. §. 8.  
S. eo. §. 7 &  
J. eo. §. 15
- Esa. 48**  
**Esa. 51**  
**Esa. vlt.**
- Hiere. 47**
- Hiere. 50**

- §.c.49. §.16 mini est: Vltionem accipite de ea, sicut fecit facite ei, quia veniet dies tuus, tēpus  
 & j. eo. §.10 visitationis tuæ, & cadet superbus & corruet, arcum & scutum apprehendēt, cru-  
 deles sunt & immisericos, vox eaz̄ quasi mare sonabit.
- §.eo. §.9 i fi X § Ad hoc Zacharias: Ecce dominus percutiet in mari fortitudinē eius Zach.9  
 & §.eo. §.8 & hæc igne deuorabitur. Dominus in tuba canet & vadet in turbine austrī. Et in-  
 fra: In illa die non erit lux, sed frigus & gelu, & erit dies vn̄ quæ nota est domino Zach.14  
 & j. eo. §.15 quasi diceret, nobis vero incognita. Quis ergo (ait Iob) resistere potest deo? qui Iob.9  
 §.ca.52. §.1. transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo, qui cōmouet ter-  
 & §.21. ram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur, qui præcipit soli & non oritur,  
 §.eo. §.5. & & stellas claudit quasi sub signaculo, qui extendit cœlos solus, & graditur super  
 §.ca.59. §.8 fluctus maris, qui facit arcturum & orionem & hyadas (quæ sunt signa aquatica) & Sap.16  
 & j. eo. §.15 interiora austrī, deus cuius iræ nemo resistere potest. Creatori namq; seruit crea- 2. de trini. 1.  
 §.eo. §.8 & atura, ex qua (secundum Augustinum) fiunt interdum aliqua quæ humanis sen-  
 j. eo. §.17 sibus pro dispensatione congrua præsentantur, si qui dem ira dei frequenter reue-  
 §.c.52. i pr. latur per aliquam creaturam sensibilem & intelligibilem, ad significandum dei iu-  
 & j. eo §.11. stitiam inuisibilem. Nihil enim fit visibiliter & sensibiliter quod non de interio- 3. de trini. 4.  
 §.c.52. §.10 ri inuisibili aula dei iubeatur aut permittatur.
- XI § Prædictæ in sup inundationi Dauidis oracula applicari possunt hym-  
 nizantis: Tenebrosa aqua in nubibus aeris, præ fulgore in conspectu eius nubes Pfal.17  
 §.c.40. §.3 transferunt, grando & carbones ignis. Et dominus, quem torrentes nostræ ini-  
 & j. eo. §.17 quitatis conturbauerunt, in tonitru de cœlo & dedit vocem suam altissimus. Et mi-  
 §.eod. §.10 sit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Et an- Pfal.28  
 nuntiabunt cœli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. Neq; in diluuiū aquarū Pfal.31  
 multarum ad deum approximabimus, quia fluctus sui nimium super nos transiunt Pfal.41.  
 Sonabunt & turbata erunt aquæ nostræ, quia deus habet vocem suam & moue- Pfal.45.  
 buntur terrena corda nostra. Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus Pfal.46.  
 §.eo. §.4 & super omnem terram. Qui manifeste veniet, & non silebit, ignis in conspectu eius Pfal.49.  
 j. eo. §.15 exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Qui conturbat profundum ma- Pfal.64.  
 ris sonū fluctuum eius, turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos a-  
 signis suis. Quocirca propheta adhortatur vt clamemus ad deum. Quam terribi- Pfal.65  
 lia sunt opera tua domine, venite & videre opera dei, terribilis in consilijs super  
 filios hominum. Induxisti nos in laqueū, posuisti tribulationes in dorso nostro. Pfal.67.  
 Magnificencia eius & virtus in nubibus.
- XII § Vltius Dauid de seipso in typo ecclesiæ inquit: Veni in altitudi- Pfal.68.  
 nem maris, & tempestas dimerit me. Item viderunt te aquæ deus, viderunt te sci Pfal.76.  
 §.c.55. §.17 licet cū correptionibus venientem, aquæ. i. homines molles, & timuerūt timore  
 & j. eo. §.15 seruili, & turbata sunt abyssi. i. corda hominum in peccatis profunda, multitudo  
 sonitus aquarū. i. imbrium erit, vocem. i. ostensionem dederunt nubes. f. pluēdo  
 Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, & commota est atq; tremuit terra, id est  
 homines terrestres. In mari. i. in amara pœnitentia, via tua & semitæ tuæ in aquis  
 §.ca.15. §.16 .i. tribulationibus multis. Mandauit em̄ nubibus de super & ianuas cœli aperuit. Pfal.77.  
 Et infra: Sicut stipulam ante faciem venti, ita persequeris illos in tempestate tua, Pfal.81.  
 & in ira tua turbabis eos. Super me confirmatus est furor tuus & omnes fluctus Pfal.82.  
 tuos induxisti super me. In me transferunt iræ tuæ, & terrores tui cōturbauerunt Pfal.87.  
 me, circumdederunt me sicut aqua. Et infra: A voce tonitru tui formidabūt eum Pfal.103.  
 qui respicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Nā om- Pfal.134.  
 nia quæcunq; voluit, dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in oibus abyssis  
 educens nubes ab extremis terræ, fulgura in pluuiam fecit, qui producit ventos  
 de thesauris suis, qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus, &  
 §.eo. §.14. & misit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Propterea censuit propheta deum  
 j. c.64. §.7. esse laudandum, inquiens: Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi Pfal.148  
 §.ca.36. §.6. ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum. Ne autem quis huiusmodi tem- Augustin. 3.  
 §.ca.52. §.13 pestates præter dei voluntatem agi, sed fortuito vel ex causis tantummodo corpo- de tri. 9  
 §.ca.31. §.1. .f. qui primitus omnia in mensura & numero & pondere in natura disponit. Sap. 11

**Threñ. 2** XIII § Deus præterea futuram inundationem per alium prophetam præmonstrat, dicentem: Tetendit arcum suū quasi inimicus, firmavit dexteram suā quasi hostis & occidit omne quod pulchrum erat visus est apparetia, in tabernaculo filia Sion, id est ecclesie, effudit quasi ignem indignationem suam. Postea in persona domini ait: Divisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filia populi mei. Ad quod idem vates loco ecclesie conquerendo respondet. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi, perij. Deinde ad deū vertens orationem. Persequeris, inquit, in furore & conteres eos sub cœlis dñe. Ad idem Abacuc: Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, aut in mari indignatio tua; infremitu conculcabis terram, & in furore obstupescies gentes, viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Item in Naum dicitur: Porta fluuioꝝ aperta sunt & templum ad solum dirutum, & Ninive, id est ecclesia peccans, quasi piscina aquarū, aquarū eius.

**2. Pet. 2. 3. & Iud. 1.** XIII § Proh pudor nos modo Christiani sumus fontes sine aqua & nebulae turbinibus agitatae, ideo nobis caligo tenebrarum referuatur. Deserimus nempe aquam, id est gratiam dei, quam in nobis habere non curamus, transitoria autem turbinibus plena imitatur. Quae de re cœli magno impetu transient, & elementa calore soluentur & tabescent. Ob peccata etenim nostra perturbantur elementa atq; inficiuntur. Ideo contra nos stabit spiritus virtutis, & tanq̃ turbo venti diuidet nos & ad heremum perducet omnē terram iniquitatis, & malignitas euertet sedes potentium. Atqui cum nymbis & nubibus veniet dñs, cuius vox tanq̃ vox aquarum multarum. Nam de throno dei procedebant fulgura & voces & tonitrua. Et multi homines morientur de aquis. Et audiuit Iohānes vocem dicentis: Væ vae habitantibus in terris. Idem quoq; prænuntiat tempus prope esse quia signa multa præcesserunt, & obseruationis tēpus non longas moras inuertit & retributionis dies quodammodo in ianuis.

**4. Esdr. 8. 9** XV § Sicuti apparet in reuelationibus Esdræ, qui ait ad dominum: Ecce nunc domine demonstraſti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis, sed non demonstraſti mihi quo tēpore. Cui dominus respondet: Metiens metire tempus in semetipso, & erit quū videris quando transferit pars quædam signorum quæ prædicta sunt, tunc intelliges quoniam ipsum est tempus in quo altissimus incipiet visitare seculum quod ab eo factum est, & quādo videbitur in seculo motio locorum & populorum mutatio, tunc intelliges quoniam de his erat altissimus loquutus à diebus qui fuerunt ante & ab initio. Et infra: Ecce nubes ab oriente & à septentrione vsq; ad meridianum, & facies earum horrida valde plena iræ & procellæ, & collident se inuicē, & collident sydus copiosum super terrā. Et erit timor & tremor multus super terrā, & horrebunt qui videbunt irā illam & tremor apprehendet illos. Et post hoc mouebunt nymbi copiosi à meridiano & septentrione & portio alia ab occidēte, & superinualeſcēt venti ab oriente & recludent eā, & nubem quā fuscitauit in ira, & sydus ad faciendū exterritationem ad orientālē ventum & occidentem violabitur, & exaltabunt nubes magnæ & validæ, plenæ iræ, & sydus, vt exterream omnē terrā & inhabitantes eā, & infundent super omnē locum ærum & eminentē sydus terribile, ignē & grandinē & rumpheas volantes & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riuī plenitudine aquarum multarum, & demolientur ciuitates & muros & montes, colles & ligna syluarū & scenum pratorum & frumenta eorū. Et infra: Nunquid repellet aliquis sagittā à sagittario forti missam: dñs fortis immittit mala, & quis est qui repellit eas? exijt ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguit eum? coruscabit, & quis non timebit? tonabit, & quis nō pauebit? dominus cōminabit, & quis nō funditus cōteret à facie ipsius? terra tremuit & fundamēta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabunt & pisces eius à facie dñi, & à gloria virtutis eius, quā fortis dextera eius, quæ arcū tetendit, sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mittunt, nō deficient quū cœperint mitti in fines terræ.

XVI § Hæc per Esdram prænoticata & horrida inundatio hæc non est impleta, ergo cōplebitur in propinqua, de qua loquimur, turbulēta tēpestate. Iam

§. eo. §. 9. &  
j. eo. §. 15  
§. eo. §. 8. &  
j. c. 62. §. 16.

§. c. 51. §. 6.  
§. ca. 63. §. 2.  
§. ca. 52. §. 12  
§. c. 40. §. 3  
j. c. 55. i. pr.  
§. eo. §. 12 &  
j. eo. §. 16  
§. c. 40. §. 3  
& §. c. 37 §. 2  
j. c. 56. §. 4.

§. eod. §. 4.  
& j. c. 58. §. 4  
& j. c. 63. §. 1  
§. c. 9. §. 7 &  
j. ca. 60. §. 6  
§. c. 49. §. 9  
§. ca. 51. §. 13  
§. eq. §. 12.  
& j. c. 54. §. 1

§. c. 52. §. 1. &  
§. c. 34. i. pr.  
§. eo. §. 12. et  
j. eo. §. 17  
§. eod. §. 10  
& j. c. 57. §. 6  
§. eo. §. 11. &  
j. ca. 62. §. 16

Iam enim angelus dei, id est, eius prænuntiatio, quam fecit altissimus multipharis indicijs, descendit in piscinã ecclesiã, in qua iacet magna multitudo peccatorum, scilicet languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum, ideo aqua inundationis mouetur, quoniã clerici volunt iam rapere Christum, quia eius patrimonium rapiunt auare percipiẽdo & profuse delapidãdo, voluntq; ipm facere regem, quia dũtaxat regimina, tẽporalia appetũt, nihil de æternis curãdo, ab eis igitur ipse Christus aufugit. Et iam sero factũ est, & discipuli, id est, clerici descenderũt ad mare turbinis mũdani, & venerũt trãs mare in Capharnaum. i. in voluptates carnales, Et in ecclesia sic iam tenebræ factæ sunt, & nõ venit Iesus, id est, salus, sed vento magnæ aduersitatis flãte exurget mare vtpote per inundationem aquarũ aliasve plagas. Quas deminus reuelauit Apostolo præscio futurarũ calamitatum, quæ nobis iam imminenti, sed eas significari nõ expedit. Propterea respondet: Non audeo aliquicquid loqui eorũ quæ per me non efficit Christus, in obedientiã gentiũ verbo & factis in virtute signorũ & prodigiorũ. Et infra: Deus autem pacis conterat Satanã sub pedibus vestris velociter. Qui potens est vos confirmare secundum reuelationẽ mysterij temporibus æternis, taciti quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni dei.

XVII § Demum apud Birgittã Christus inquit: Sol & luna cæteraq; sidera & omnia cœlestia cursum suum peragunt secundum quod in deitatem præfinitum est, atq; ordinatum. Omnia elementa deniq; stãt in suo ordine & motu, sicut ab æterno præuisum est, & mouent secundum factoris voluntatem. Dispositio vero hominis & omnium rerum in diuinã stabilitate præuisa est, & stabiliter secundum exigentiã vniuscuiusq; rei rationabiliter ministrata. Et infra: Scriptum est enim: Elementa omnia quasi compatiebant mihi, sciscet Christo in morte, quãdo splendorem & solidum effectum retraxerunt. Sic elementa & creaturæ quandoq; pugnant & iudicãt pro deo, & ostendũt in cursibus suis, id est, inferiorũ influentijs irã diuinam. Hinc Baruch: Nubes quibus imperatum fuerit à deo perambulare in orbem, perficiunt quod imperatum est eis. Sequitur in Birgitta: Igitur scito, ob peccata Christianorũ tãta tonitrua & fulgura venient in ecclesiã meã multis viuẽtibus qui nunc viuunt, quod multi optabunt mortem, & mors fugiet ab eis. Auet autem diram iram in lanceam & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Ibunt directe emissiones fulgurum, & tãquã à bene curuato arcu nubium exterminabunt, & ad certum locum insilient, & à petrosaira plenè mittent grãdines, & scãdescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Simile in Aggão deificum eloquium. Adhuc modicum est, & ego mouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & subuertam solum regnorum, & subuertam quadrigam & ascensorem eius, & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui.

XVIII § Antequã igitur prædictũ afflictionis tẽpus veniat, summi creatoris & iudicis nostri meminisse, ac iterea cautissime ambulare debemus, ne in corpore pariter & animo periclitemur, & ne nobis cõtingat quod Eliphaz apud Iob respondens, dixit: Propterea circũdatus es laqueis, & cõturbat te fortitudo subita quia putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri. Tanta forsitan inundatio inualescet quod illi, qui præteritis alijs plagis superfuerint, fugient ad montes. Quãobrem vnusquisq; peccator cum Iona clamet. Scio ego qd propter me tẽpestas hæc grãdis veniat sup Christianitatẽ. Circũdederũt me aquę vsq; ad animã, abyssus valauit me, pelagus operuit caput meũ Sic Catharina Senẽsis: Deus æternæ corã te facio querimoniã de me, quia pœnarũ quas proximus meº tolerare debet, ego ppter delicta sum mea cã potissima, ideo maiestãtẽ tuã exoro suppliciter, vt in me fiat afflictio. Deũ itaq; optimũ maximũ sedulo deprecemur, vt liberet nos de profundis aquarũ. Sua em diuina maiestas p supranotatas reuelationes euãgelicas & propheticas terrena nostra corda cõcutit vt merito ex tam crebris cõminationibus veterẽ vitã nostrã emendare, ac temporalia imò potius æterna supplicia præcauere debeamus.

¶ De fuga hominum.

Cap. LIII.

R 4 Ab affe

Iohã. 5

Iohã. 6

Roma. 15

Roma. 16

4. Bir. 67

4. Bir. 96

Matth. 27

Sap. 16

Baruch. 6

6. Bir. 110

Sap. 5.

Aggãi. 2

Iob. 22

Ge. 14. &amp; 2.

Iong. 1

Cath. Senẽ.

ca. 2.